


De
3485









^A



DE
ALKAMAE ELFAHL
CARMINIBUS ET VITA

ADJECTO TEXTU ARABICO ADHUC INEDITO

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

CONSENSU ATQUE AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM

VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

UNA CUM SENTENTIIS CONTROVERSIS

DIE V. M. AUGUSTI. A. MDCCCLXVII HORA XI

PUBLICICE DEFENDET

ALBERTUS SOCIN

BASILIENSIS.

ADVERSARIORUM PARTES SUSCEPERUNT:

ADOLPHUS KOCH CAND. THEOL.

AUGUSTUS MUELLER STUD. PHIL.



HALIS SAXONUM

TYPIS F. L. METZGERI LIPSIENSIS.



DE

ARXAMAE ELFALE

CARMINEUS ET VITA

ADUCCO TEXIT ABABBO ALHED MEDIC

DISSERTATIO INAEUARIIS PHILOLOGIA

AD SENIUS ET JAMUSCITA HONORIS

COMMISSIO ATQUE ALPHONSIATA

AMISSIM PHIBSOPHONIM ORIGIN

IN AC ALIAMA ERIDE NIGRETTA HAZIUSCUM

UTREBEGEMSI CONSOCIATA

PLIS TUTANTANDOS

DEUS DEUS CANTATA COSTITOVERIBS

THE V. M. ANNIUS DE ADUCCIVII HORA XI

TERRACE DEPENDIT

LA TERTIUM US SOCIUM

PLIS

ADPRADITIONE PATRIUSCRIPTIT

AMISSIMUS HODI ANDI TITON

AMISSIMUS HODI ANDI TITON

PLIS BAKONUMI

PLIS BAKONUMI



In divano illo veterum sex poëtarum clarissimo duorum carmina collecta occurrunt, quorum specimina in illustrissimo Moállakât poëmatum volumine frustra quaeras, quae tamen in veterum Arabum primi gradus (tabaka) poësi haud parvum locum tenent, dico magnum Nâbigae azzubjâni, breviorisque 'Alkamae elfahl divanos. Enimvero vetustissimarum Arabum litterarum monumenta anteislamica quum ad grammaticae clarissimae illius linguae scientiam tum ad lexicographiam promovendam magni momenti esse aestumanda, neminem his disciplinis operam navantem fugit; pauca tamen adhuc in lucem prolata, studia ardua, lectorum parvus numerus. Quae quum ita sint, primum 'Alkamae poëtae carmina edenda suscepi, nihil fere nisi eo, quod materiae quae de illo exstat, partem saltem collegi, pauca de hacce disciplina meritum me fuisse sperans.

Jam de codicibus quibus usus sum manu scriptis pauca praemittere liceat. Multis VV. DD. notissimus est codex Gothanus, cat. Moelleri numerum 547 ferens, quem bibliothecae illi administrandae praefecti, viri liberalissimi, roganti Lipsiam mittendum curaverunt. Codex optimus semper fere veram praebet lectionem, puncta diacritica admodum multa et accuratissime posita, glossae colore rubro textui adiectae historicae, grammaticae, lexicographicae, utilissimae, interdum vero lectu difficiliores. Codicem nota G signavi; 'Alkamae versus folio 47^v incipiunt.

De altero vero, quo usus sum codice, plurioribus verbis est disserendum. Est codex Hammerianus, in palatii imperialis austriaci bibliotheca asservatus, quem legato nostro helvetico, viro humanissimo

et de scientia meritissimo rogante ab illius bibliothecae curatoribus impetravi, nec parvam summae liberalitatis gratiam illis habeo. Hammerus ipse hunc codicem quem nota N. F. 102, 452 distinxit, paucis describit in „Anzeigebblatt der Wiener Jahrbücher 1833 pars LXIV p. 2“, quibus plura addere placet. Liber formae est octonariae 169 folia continens scripta, quorum ultimi pars tertia abscissa, tum nonnulla vacua. Folio 1—88^r Imrulkaisi divanus, triginta carmina, exstat; initio carmen in divani ab illustri de Slane confecta editione pag. ۲۲ collocatum invenitur, quod sequitur mo'allaka, deinde omnia divani poemata usque ad paginam ۲۱ ordine mutato perhibentur; restant duo Imrulkaisi versus, quos alibi nusquam inveni. Foliis inde ab 88^r usque ad fol 156^v reperitur Nâbigae ezzubjâni egregius divanus, carmina 22, e recensione Elaṣma'i grammatici, (quibus G foliis inde a fol. 43^r usque ad 47^v quaedam addit). Foliis inde a 146 usque ad finem 'Alkamae divanus, tria poemata magna (kaṣidae) ex Elaṣma'i recensione leguntur, tum decem fragmenta, quorum auctor 'Alkama esse praedicatur, fragmentum, de ejus auctore, num sit 'Alkama, an 'Ali filius ejus, dissentiunt, alterum cujus auctor 'Ali, tertium denique a Schaso 'Alkamae fratre conscriptum, quod G non exhibet, aliud potius 'Alkamae ipsius fragmentum addens.

Omnia quae enumeravi carmina, commentario sunt instructa ab Elvezir Şâhib elmaẓâlim abu Bekr 'Aṣim ben Ejjûb confecto; ipse in prooemio (fol 1^v) inter alia haec refert,

وقد سئلتُ شرحها وتعريبها (تقريبها Cod.) وتخليصها (تخليصها Cod.)
وتهديها للحاجب مجد الدولة أبى بكر محمد بن المتوكِّل على
الله وأبى (ابى Cod.) محمد عمرو بن محمد أدام الله بهجة الدنيا
بطول بقائهما ولا..... وكل ما ذكرته فى هذا الشرح
فمن كتب العلماء أخذته ومن مكنون أقوالهم أستخرجته
(Cod: استخرته) Cfr. Flügel Catal. cod. Vind. n 446.

Hunc virum Flügelius libri qui „die grammatischen Schulen der Araber“ inscribitur pagina 185 laudat; dimidium ejus de sex poëtis confecti operis codex exhibet Hammerianus. Ḥaġġi Chalīfa (editionis Flügelianae vol. IV p. 38) veziri illum munere functum esse non confirmat, atque in libris, qui de Mohammedanorum regnis exstant, nec ejus nec supra memoratorum patronorum nomina adhuc inveni.

Abu Bekr Ḥaġġi Chalīfa auctore patriâ Hispanus, Badajōso natus (بطليوسى cf. Jakût ed. Wüstenfeld I, ۲۰۷) commentarios in septem moállakât et in sex poëtis scripsit, annoque Higræ ۱۹۲ (809—810 p. C.) supremum diem obiit, quem annum Flügelius (die gr. Schulen l. c.) et Hammerus (Litteraturgeschichte II, 408) verum judicant. Quod si ita se haberet, primum eum *ṭawr* moallakât commentatorem fuisse, Hammero concederemus, nisi forte eum seriore aetate vixisse, multa testimonia comprobarent. Nam si primus fuisset ille, sane multa ejus operis vestigia in superioribus commentariis nobis remansissent; tamen nomen ejus nusquam invenies, et studiorum grammaticorum cura vix illo tempore subnascente, virum Hispanum nobis paene ignotum, ejusmodi commentarium confecisse haud veri simile est. Accedit quod jam ex ipsius opere secundi saeculi Islamici summorum virorum coetaneum eum non fuisse manifestum est, quippe qui multos viros doctos, de Arabum grammatica indaganda meritissimos, quorum aetatem accurate novimus, laudet. Sunt hi et Cufici et Başrenses, quorum maxima pars post illum annum 810 mortui sunt. Saepissime occurrunt nomina Elaşmaî, Flügel, die grammatischen Schulen der Araber p. 72; anno 828 mortuus; Abu 'Amr (cf. fol. 141^v) ibid. p. 139. a. 820 m.; Ibn El'arâbi (cf. ad Alk I, 20) Flügel p. 145, a. 846 m.; Almubarrad (fol 2 et Nabiga XXII, 23) Fl. anno 826 natus. Posterioris quam qua Almubarrad vixit aetatis philologus in codice laudatus mihi non occurrit, uno excepto Ibn Essîrâfi (Flügel die gramm. Sch. d. Ar. p. 242; a. 995 m.), qui tamen in Nabigae carminibus illustrandis saepius allegatur.

Imprimis grammaticum Elkṭabi (derivandum est ejus nomen a Kuteiba, cfr. Homonyma inter nomina relativa ed. de Jong. 1865

p. 119) sequitur, qui quis sit, nusquam legitur; e Nâbigae commentario XXI, 7 Aşma'i discipulum eum fuisse putaverim.

Abu Bekri commentarius satis accuratus, multa de verborum vi et significatione nova, pauciora saepeque mira et fabulosa de re grammatica affert, sed eo quod saepenumero illustrissimorum virorum verba exhibet, utilissimus, quae tamen utilitas eo valde deminuitur, quod exemplum de quo dixi Hammerianum plurimis laborat vitiis; est enim turcica manu exaratum, librario arabicae linguae non satis perito. Ultimo codicis folio librarius divano pauca addens praeter cetera haecce

انا الفقير لله سبحانه وتعالى شيخ محمد بن مصطفى ابن يوسف بن
عبد الرحمن الصاروفى العلوانى (?) الفره قرمرى (?) الحنيفى

se hujus codicis scripturam et collationem accuratam die quinto mensis Reb'i elewwel, anni hegrae 1043 confecisse affirmat.

Textus carminum colore rubro conscriptus, omnibus vocalibus instructus, quae tamen ipsae in commentario non inveniuntur; immo saepe puncta omissa, duaeque puncta ab uno raro distinguas. Metro- rum arabicorum regularum librarius ignarus videtur fuisse; saepe autem numero errores in textu commissos commentarius corrigit; exemplum enim optimum sub oculis habebat; interdum tamen per totum librum falsa scribebat. Nabigae autem commentarius sine dubio omnium optimus. — Hujus codicis littera V signati insignis quidam cum G consensus facile perspicitur, carminum titulis brevioribusque prooemiis imprimis Nabigae divani saepenumero ad litteram inter se convenientibus, unde codicis G glossatorem et codicis V commentatorem ex eodem hausisse fonte concluderim.

Deinde codicis manuscripti carmina a Mufađđalo collecta exhibentis apographum a viro clarissimo et de poësi Arabum edenda meritissimo e musei britannici codice manuscripto DLXVI fol 131 confectum, a me littera M signatum, Ricardus Gosche professor Halensis, vir doctissimus, egregia qua semper erga me usus est humanitate, perlustrandum benigne mihi concessit; in quo

primas duas 'Alkamae kaşidas optime servatas notisque illustratas inveni, quam omnium fere praestantiissimam Mofaddalianam collectionem virum illum mox totam in lucem editurum esse, quam maxime speramus.

Deinde Gauhari lexici libro manuscripto gothano (N 473—478 et 480) uti mihi contigit, quod Lipsiam liberalissimi illi viri amico miserant.

Deinde Kitab ulagani Gothani 'Alkamae poëtae vitam enarrantem particulam (Cod. Goth 532 fol 463^v) Gothae a me ipso descriptam, Berolini a viro liberalissimo cum codice manuscripto Sprengeriano 1180 accurate collatam, cum exemplo secundum codices Monacenses (184^r, 184^d, 184, 183^s, 184ⁿ) a viro eruditissimo benigne confecto comparavi; non admodum multa e codice manuscripto a Vindobonae bibliothecae curatoribus Lipsiam mihi transmissio, Ibn Koteibae libro Tabakât essehuârâ N F 391, Flügelii Catal. num. 1159 in meum usum converti. Quibus tamen codicibus omnibus collectis adhibitisque, nihilominus de 'Alkamae vita et carminibus multa dubia remanserunt, quae paucis explanare juvet.

Quae Arabum grammatici et philologi de paganismi poëtarum vitis operibusque nobis tradiderunt, pauca tantummodo fabulosisque intermixta remansere plerumque inter se congruentia; de 'Alkama vero quamquam pauca ejus exstant opera, multum discrepant.

De 'Alkamae nomine haec affert Gauharius: العَلَمُ شَجَرٌ مَرٌّ وَيُقَالُ
لِلْحَنْظَلِ عَلَمٌ وَعَلْقَمَةُ بْنُ عَبْدِ السَّاعِرِ وَهُوَ الْفَحْلُ وَعَلْقَمَةُ الْحَصِيُّ
وَهُمَا جَمِيعًا مِنْ رِبْعَةِ الْجَوْعِ فَأَمَّا عَلْقَمَةُ بْنُ عَلَّاتَةَ فَهُوَ مِنْ بَنِي جَعْفَرٍ
'Alkamae nominis vis est colocynthus; erat nomen admodum frequens;
'Alkama ben ulâta poëta erat celebris. Jam vero quod attinet ad
'Alkamae elfahl originem, plurima et certissima majorum nomina

Kitab ulagani cōdices Monacenses exhibent: 'Alkama ben 'Abada*) ben Ennomân ben Nâschira ben K̄eis ben 'Ubeid ben Rebiâ ben Mâlik ben Zeid Manât ben Temîm ben Murra ben Udd ben Tâbicha ben Eljâs ben Muḍar ben Nizâr. Kitab ulagani Goth. pro 'Ubeid: 'Abd Allah, Ibn Doreidi Kitab ulischtikâk ed. Wüstenfeld p. 133 solum 'Abd referunt, confer genealogische Tabellen der arabischen Stämme ed. Wüstenfeld K 17, 6—17, G et M generationibus solum usque ad Temim relatis cum V consentiunt. Immo has quaestiones tractatu difficillimas Arabes magni habent momenti, controversiae vero de iis nasci solent infinitae. De 'Alkama ben 'Obda el fihl (sic) jam Hammerus (Litteraturgeschichte I, 404) nonnulla contulit, sed ea repetendo redintegrare necesse erit.

'Alkamae poëtae cognomen elfahl (equus admassarius) fuisse ubique exstat; Kitab ulagani, Ṭabaḳât Ibn K̄oteibae et Berytenses, Slane (Diwan d' 'Amrilkais p. 80) Caussin de Perceval (essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme II p. 314. 315) Rückert (Amrulkais der Dichterkönig p. 32), G fol 16^v, omnes idem fere tradunt, cognomen ei additum fuisse, quod cum Imrulkaiso poëta, a Mundiro ben mâ essemâ fugienti in Bani Ṭaji finibus convenerit; tum certamen iis ortum esse, uter sit poëta praestantior; denique ut uterque ḳašidâ

equum describeret, eodem atque alter homoeoteleuto (في روي واحد) (وفي قافية واحدة) utens, inter eos convenisse et Umm Ġundub, Imrulkaisi uxorem arbitram eos assumpsisse. Tum Imrulkaisi praeclaram illam ḳašidam (Divan ed. Slane p. 43) „O amici mei venite mecum ad Umm Ġundub“, etc. 'Alkama autem ḳašidam „Viam separationis ingredi omnibus modis tentavisti, neque erant justa omnia illa alienationis studia“ recitasse feruntur; equo descripto ambo venatus delectationem verbis depingunt, donec Imrulkaisi versum (Div. 43. 20)

*) De patris 'Alkamae nomine, num cum ḥaraka an cum sukun efferendum sit auctores discrepant. Wüstenfeld (Ibn Hischam et genealog. Tab.) Wright (Kâmil), Ibn el Aġir, G, Ġauhari (non tamen omnibus locis cfr. s. v. nafaḳ) lectionem 'Abada praebent; Ibn K̄oteiba (Ṭabaḳât esschuârâ fol 28^v) et maxima nostrorum scriptorum pars 'Abda efferre solent, quod ego quidem falsum putaverim.

فَللسَّاقِ الْهُوبِ وَلِلسَّوِطِ دِرَّةٌ
وَلِلزَّجْرِ مِنْهُ وَقَعٌ أَهْوَجَ مِنْعَبٍ

'Alkama autem hunc versum dixit

فَادْرَكْنِ ثَانِيًا مِنْ عِنَانِهِ
يَمْرُ كَمَرِ الرَّايِحِ الْمُتَحَلِّبِ

Kitab ulagani Mon. et Berol. كعيث رايع متحلب Kit. ulag. goth. فادرک

e Divani فاقبل يهوى ثانيا Caussin de Perceval l. I. II, p. 315 منه Imrulkaisi a Slane confecta editione p. 80.: Tum eas (capras) assecutus est (juvenis) flectens paullulum habenas, currens ut currit nubes vespertina aquam effundens (forsan erraiḥ bos (Gauh) mutehallib sudans vertendum sit, C. de Perceval).

Versus hic quidem integer in Ibn Koteibae Ṭabaḳāt et Ṭabaḳāt Berytensibus p. ۲۲۹*) et Kitāb ulagani laudatus in 'Alkamae divano non legitur, sed cfr. Imrulkaisi div. pag. ۲۶, 2; ۲۲, 21; ۲۵, 13 (Alk. III, 44 id.) et 'Alk. III, 34.

Duorum Imrulkaisi et 'Alkamae carminum inter se instituta comparatione, mira similitudo in lucem prodit; e quadraginta quinque enim 'Alkamae ḳaṣidae versuum numero, undecim omnino iidem, octo paene iidem, atque in Imrulkaisi carmine, nonnulli in aliis Imrulkaisi poëmatibus occurrunt, facileque universum poëtarum consensum, jam ab illustri de Slane (Diwan d' Im. p. 80) observatum perspicies. Tertio et quarto carminis fragmento simillimo accedente, omnium incorruptam esse integritatem credere nequimus. Quamquam vero de veterum arabicarum ḳaṣidarum integritate propter parvam versuum nexus cohaerentiam difficile est iudicium, tamen tota Imrulkaisi ḳaṣida de equo et venatione equestri confecta genu-

*) Hoc enim nomine signavi optimum illum libellum Kitāb raudet el adab fi ṭabakāt schuārā ilārab ab Iskender Aga Abkarius viro admodum docto confectum, Beryti anno ۱۸۵۸ typis exscriptum.

ina esse videtur, quia saepissime versus eadem describentes ei attribuuntur. Ad ea quae Rückertus (Amrulkais p. 31) quo utebatur acumine, de hac re disseruit, divani carminis pag. ۲۵ (infra) et ۲۶ collocati addas comparationem. Itaque Imrulkaisum illorum 'Alkamae versuum, non tantum inter se cohaerentium, auctorem esse satis persuasum habeo, omniaque de Imrulkaisi et 'Alkamae etsi sane fuerunt tempore aequales, certamine tum de 'Alkamae cum Umm Gündub ab Imrulkaiso propter injustum ejus iudicium repudiata inuito matrimonio tradita ad cognomen el fahl illustrandum inventa esse censeo. Quis tertiam istam *kaşidam* re vera composuerit, ignoramus; sed etiam primae 'Alkamae *kaşidae* versus in illam est tralatus (I. 7 = III, 6).

Cognominis autem el fahl vis nihil nisi heros, vir bellicosus est, quod alii (Kitab ulag. *Ķâmûs*, *Gauh.*) eum accepisse ferunt, quo ab altero ejusdem tribus 'Alkama elchaşî (castrato) appellato (eodemque poëta?) distingueretur.

Ferocium istorum saeculorum in Arabia petraea tot tantisque bellis gerendis gestisque poësis ars inserviebat; poëta vir bellicosus, tribus heros, hostium reconciliator, litigantium erat arbiter. Sed inter saeva Graecorum (rôm), Persarum, multorum regum tribuumque bella Arabum poësi celeberrima ibi efflorescente Imrulkais, Nabiga, Zohair alii poëtae, insequentium temporum exempla exstiterunt. Imrulkaisi vita atque carmine tumultuum illorum sunt testes; similia 'Alkamae carminibus tradita.

Ex omnium enim qui de illius saeculi bellis aut de Gassanitarum regno scripserunt consensu dubitari vix potest, quin 'Alkama poëta ad liberandum e captivitate Schasum شاس fratrem, carmen celeberrimum recitaverit, quem a Hârefo el'arağ captum fuisse Caussinius (hist. II 114, 238) refert. Enimvero de his pugnis uberrime agit Ibn el Atîr, cujus primum volumen illustris Tornbergi cura editum ex

officina typographica paullo ante hoc tempus prodiit: Ad fontem Obâg Mundir ben mâ essemâ Lochmita, Hîrae rex bellicosus cum Harîto ben abi Schamir*) Ġebele, Ġassanitarum rege celeberrimo proelio certasse fertur (p. ۳۹۸). Postquam acribus pugnis singularibus dimicatum est, in quibus Mundir ille perfida usus erat certaminis ratione, Hareto victoriam reportante, Mundir occisus est (qua ex historia Meidanii ed. Freytag proverbium XXII, ۱۹۱ explicandum). Post eum rex factus est Mundir filius Mundiri **ملك**

بعده المنذر بن المنذر. Cui narratione vehementissime repugnat Caussinii de Perceval opinio, qui inde a Mundiri ben mâ essemâ morte usque ad alii Mundiri Hîrae regis principia octodecim annorum interstitium fuisse contendit, si quidem ille Mundir IV (II, 129) Mundiri III (p. 115) filius re vera fuisse putatur.

Deinde Mundir Mundiri filius eodem cum Hareto ben abi Schamir bellum gessit (Ibn el Aṭîr p. ۲۰۰, cfr. historiae praecipuorum Arabum regnorum ante Islamismum ed. D. Janus Rasmussen, Hauniae MDCCCXVII, p. 35. l. 5) proeliumque ad pratum Halîmae commisit, quo rursus Hîrae rex Mundir occisus est (a Lebido b. Amr Ġassanita); Hareti exercitus sinistra ala in fugam coniecta, dextra (Alk. I. 25) victoriam reportavit, Hîrensium multi milites interfecti, pars capta est. Miro quodam modo Ibn el Aṭîr Halîmae pugnam (p. ۲۰۱) cum proelio ad Obag fontem commisso conjungit, nisi forte pratum Halîmae a fonte Obag alterum haud procul ab altero abfuisse concedas. Ipse Ibn el Aṭîr de duobus ad Obag fontem consertis proeliis rumorem suspectum nonnullis esse tradit (p. ۲۰۲) ita ut dicant, pugna Halîmae Mundirum III Obagi Mundirum IV ejus filium esse interfectum, et vice versa; alii, unam eandemque esse pugnam, solumque Mundirum Mundiri filium victum et occisum, quod Obagi accidisse Meidanius (ed. Freytag 1, p. 693) Jâkût ed. Wüstenfeld (I, ۷۲ s. v.

*) Hanc enim lectionem **شمر** optimi auctores mihi pro vera comprobaverunt, quam alii Schimr aut Schammir aut Schamr enuntiant; cfr. Kâmil ed Wright p. ۱۱۰.1.17.

(اباغ) Sacy (mémoires de littérature de l'académie royale des inscriptions et belles lettres tome L p. 409.) memorant; alii omnes autem quos inspexi auctores (Mubarradi Kâmil ed. Wright I, 11., Abulfedae hist. anteis. ed. Fleischer p. 144, Hâmasa p. ۳۰۶, comment. p. ۳۰۲, 13; commentarius V ad Nabigae carmen III, 29) Mundirum ben mâ essemâ et Hâretum el'arâg elakbar laudant. Obâgi autem Mundirum IV (Mundiri III filium? C. d. Perceval II, 115 l. 19) cum Hârîto el ašgar Hârîti b. abi Schamir filio pugnassee ab eoque victum esse (anno 583) Caussinius de Perceval (II, 133) quamquam et ipse plurima sibi obstare testimonia agnoscit, affirmat. — Socios rex Hîrae illo die tribus bani Asad et bani Temim habebat, Hâretus tribus aliquot jemanenses (Alk. I, 29). Banu Kâb ben 'Auf (Wüstenfeld Tab. VII, 15) inter Mundiri auxilia fuisse videntur, proelio victi captivos Nabigae poëtae intercessionem liberarunt, 'Alkamae fratre captivo relicto (v. 24). Ita 'Alkama Hâretum regem adiit, eumque kašida laudans fratris libertatem rogavit. Tum Hâretus sume, inquit, tibi magnum donum, aut Temimitarum captivorum libertatem; 'Alkama vero captivos elegit (Ibn el Atîr l. l. Comment ad 'Alk I, 38); alii kašida recitata statim Schasum ei traditum esse ferunt; a quo itinere 'Alkama rediens carminis illius IV versus cecinit. Jam antea Nabiga azzubjâni captivorum bani Asad libertatem ab Hâreto impetraverat (Eichhorn monumenta antiquissima historiae Arabum p. 165, C. de Perceval l. l. 'Alk I, 38 (?)), eum quoque carmen dixisse, haud alienum; in divano tamen non exstat; certo quidem vir provec-tioris aetatis illo tempore non fuit, quia principes ab eo laudati (mamduhûn) seniores quam Hâretus V et Mundir III erant, tum ipse etiam Islami tempore carmina dixisse videtur. —

Quemadmodum omnium Arabum anteislamicorum rerum gestarum ita hujus pugnae et 'Alkamae vitae chronologia enodatu difficillima. Caussinius (II, 113) proelium Halîmae in quo Mundir III. occisus est, ad annum 562 p. C., Hammerus (Litteraturgeschichte I. 405) ad annum 545 retulit; pugnam fontis Obag quam eandem ac prati Halîmae fuisse crediderim anno 583 pugnatam esse Caussinius

computat. Hāreṭus ille V. el'arag Gassānita filius Gebeleti abi Schamir (G falso حبله بن ابى شير; Caussin II, 233; Wüstenfeld

Tabellen K. 12, 25?) الوهاب liberalis cognomine, forsan ex 'Alkamāe versu I, 15 praeditus. Alteri ejusdem nominis Hāreṭo abi Schamir filio (VII. C. d. P. II, 322 ss.) Mohammedus legatum misit, qui eum ad Islamum accipiendum vocaret (Ibn Hischam ed. Wüstenfeld II, 971, 4 i.) Qui rex Hassani b. ṭabit poëtae senioris patronus videtur fuisse; sed etiam 'Alkamam hujus aetate adhuc vixisse crediderimus, quia Kitab ulagani eum cum poëtis Zibriḳān b. Bedr (cfr. de eo Ḥamasae p. 999 inf.), Mochabbal (Ibn Koteiba fol. 84^v, Ṭabakāt Beryt. p. ۱۵۵—۱۵۸) et 'Amr b. elahtam (de quo Ḥamasa p. ۷۲۳ l. 5; Ṭabakāt Beryt. p. ۲۳۱—۲۳۳) Hassani coaetaneis convenisse, illosque carminum virtutis arbitrum Reb'iam ben Ḥuḍar (?) Asaditam elegisse contendit.

Minime autem in hanc narrationem quadrat Iskenderi Agae (Ṭabakāt Beryt.) sententia, 'Alkamam poëtam anno 561 p. C. esse mortuum, quod unde hauserit compertum non habeo. Tamen facile intelligitur 'Alkamam carmen illud coram Hāreṭo jam seniore recitasse (v. 1); sed sententia de harum rerum gestarum chronologia proferri non potest, priusquam a viro historiae perito ingenioque acri praedito continua illorum bellorum series denuo tractata erit. 'Alkamam vero poëtam usque ad Islami tempus vixisse, duorum carminum (sexti et octavi) fragmenta ad veri similitudinem adducere videntur; neque tamen ego huic argumento concesserim. Glossatores illa fragmenta de secundo proelio ad Kulāb commisso agere optimo jure contendunt, quod autem proelium anno 612 accidisse Caussinius *essai sur l'histoire des Arabes* II, p. 579. computat. Quam rem quum historici narrent, 'Alkamam nostrum Temimitis nuntium illum, quo eos ut a magno hostium accedentium exercitu caverent admoneret misisse nusquam referunt, alium potius virum eum fuisse indicantes (Ibn el Aṭir I p. ۲۶۶, *Historia praecipuorum Arabum regnorum* ed. Rasmussen p. 118: Ḥarī ben Gerri Bahilitam).

Neque fere 'Alkamae carminum fragmentis quae insunt virorum nomina resque gestae, multo sunt usui, tamen Ibn el Aṭīri editio de nonnullis poëmatum titulis difficilioribus nova lumina nobis attulit. Fragmentum quod numero X. signavi, cui inscriptum est قال علقمة في غزوه طيباً cum ejus libri vol. I p. ۲۲۱ conferas. 'Alkamae vero duo filii Châlid (XII) et 'Alī neposque 'Abd errahman b. 'Ali (XIII) iisdem breviorum divani carminum titulis laudati, alibi nusquam occurrunt. —

Jam restat secunda 'Alkamae egregia ḳaṣida, quam Ḥammad ille fabulator errâwia (Ahlwardt Poësie und Poëtik der Araber p. 16) in Kitab ulagani Ḳoreischitas arbitros a poëta ipso recitatam saeculi lineam margaritarum declaravisse tradit, quos etiam anno insequenti eodem modo de prima 'Alkamae ḳaṣida judicium fecisse refert. Certe enim nos quoque veteris Arabum poësis secundam illam ḳaṣidam egregium exemplum esse concesserimus; totam enim Arabum Bedavinorum vitam, vel angustis finibus circumscriptam, enarrat in memoriamque nobis revocat. Poëta Selma amata, cameloque vectario descriptis, praestanti modo struthiocamelum depingit; deinde ad sententias philosophicas proferendas pergit (29 inseq. quod recte animadvertit Iskender Aga: وكان يجرى في شعره مجرى الأمثال الحكيمة) et ut ita dicam versibus elegiacis humanarum rerum inconstantiam, variasque suae vitae occupationes et casus canit, unde hanc quoque ḳaṣidam seniori confectam fuisse concluderim. Tribus vero, si quidem genuinae sunt, magnis 'Alkamae ḳaṣidis peculiare, quod semper socius itinerarius poëtam initio alloqui, sermonesque cum eo conferre fingitur (efr. Ahlwardt, Chalaf al aḥmar p. 41, ss.).

Jam igitur 'Alkamam poëtam totius aetatis suae vivendi bellandique rationes, omnes qui illa ferebantur mores atque judicandi modos carminibus celebrasse novimus, quare quamquam Imrulkaisi regis errantis fati, Zohairi splendore, Ṭarafae virtute, Nâbigae carminum vi et simplicitate non inclaruit, tamen optimo jure Arabum philologos in sex poëtarum collectionem eum recepisse judicaverimus.

Albertus Socin de vita sua.

Natus sum Basiliae mensi Octobre a. h. s. XLIV patre Christophoro Socino-Werthemann mercatore civi basiliensi, fide christianus evangelicus. Septem annis in gymnasio Basiliensi imprimis Burekhardti rectoris et Fechteri ductu peractis, sex semestria insignium paedagogii basiliensis magistrorum J. Burekhardti, Gerlachi, Girardi, Hagenbachi, Mülleri, Ribbeki, Schönbeini, Vischeri, Wackernageli disciplina utebar. Tum ab Hagenbachio V. C. mensi Majo anni MDCCCLXII universitatis nostrae civibus adscriptus, imprimis Burekhardti, Steffenseni, Wackernageli VV. CC. scholis interfui. Inde proximo semestri Genevam transmigravi ibique academiae civis externus scientiis naturalibus praesertim imbutus sum. Hieme finito Basiliam reversus per totius anni spatium trium quos supra memoravi VV. DD. doctrinam sum amplexus, non tamen neglectis Kisslingi, Preiswerki, Vischeri aliorumque egregia doctrina. Tunc temporis

orientalium linguarum studii amore subnascente, universitatem Georgian Augustam Gottingensem adiens, in Ewaldi summi viri discipulorum ordinem acceptus, Curtii etiam, Lotzi, L. Meyeri scholis intereram. Hieme vero insequenti morbo Basiliae retentus Staehelini nostri imprimis cura et officiis per aliquot menses sublevabar; tum denuo Gottingam profectus linguarum arabicae, hebraicae, aethiopiae, syriacae, persicae, sanscritae, theotiscaae studiis Ewaldi, Benfeji, Berthavi, G. Mülleri, Wüstenfeldi auspiciis operam navavi. Denique Lipsiam profectus H. O. Fleischeri, Brockhausi, Krehli virorum doctissimorum et liberalissimorum disciplina fruius sum, qui quanta in me contulerint beneficia dignis satis verbis efferre nequeo, gratisima semper mente trium quae Lipsiae peregi semestrium recordaturus. Quos ut omnes alios viros optime de me meritos vel amicos quorum libris vel dictis ad liberaliora studia sum compulsus, grato pique animo semper colendos habebo. —

(Faint, mirrored bleed-through text from the reverse side of the page, including names like 'Lipsiam sum Basiliae mensis Octobris a. d. a. XLIV parte Christiano' and 'Septem annis in gymnasio Basiliensi iuribus iuris'.)



Sententiae controversae.

I. Al'aşma'i grammatici veterum sex poëtarum recensionem quum breviora, tum quae spuria judicari possint carmina omisisse.

II. Munđirum IV Hırae regem non adeo multum post Munđiri III obitum regnasse.

III. Pausam vel in antiquioribus metri Regez carminibus medio in versu posse adhiberi.

IV. לְחַמֵּךְ Obadja I, 7 esse delendum.

V. Hodiernum Orientis statum eum non esse, quem Europaeorum cultura brevi tempore superet.

شعر

عَلْقَمَةَ بْنِ عَبْدِ الْفَحْلِ



قال علقمة

طَمَا بِكَ قَلْبٌ فِي الْحَسَانِ طُرُوبٌ
يُكْفِنِي لَيْلِي وَقَدْ شَطَّ وَلِيهَا
مَنْعَمَةٌ مَا يَسْتَطَاعُ حَدِيثُهَا
إِذَا غَابَ عَنْهَا الْبَعْلُ لَمْ تَفْسُ سِرَّهُ
فَلَا تَعْدِلِي بَيْنِي وَبَيْنَ مَغْمَرِهِ
سَقَاكَ يَمَانٍ ذُو حَبِيٍّ وَعَارِضٍ
وَمَا أَنْتَ أُمَّ مَا ذِكْرُهَا رَبِيعِيَّةٌ
فَإِنْ تَسَلُونِي بِالنِّسَاءِ فَإِنِّي
إِذَا شَابَ رَأْسُ الْمَرْءِ أَوْ قَلَّ مَالُهُ
يُرَدَّنْ ثَرَاءُ الْمَالِ حَيْثُ عَلِمْنَهُ
فَدَعُوهَا وَسَلِّ اللَّهُمَّ عَنْكَ بِحَسْرَةٍ
وَنَاجِيَةٍ أَفْنِي رَكِيبَ ضُلُوعِهَا

I. ١
بَعِيدَ الشَّبَابِ عَصَرَ حَانَ مَشِيبٍ
وَعَادَتْ عَوَادٍ بَيْنَنَا وَخُطُوبٍ
عَلَى بَابِهَا مِنْ أَنْ تَزَارَ رَقِيبٍ
وَتَرْضَى إِيَابَ الْبَعْلِ حِينَ يُووبُ
سَقْتِكِ رَوَايَا الْمَزْنِ حَيْثُ تَصُوبُ
تَرُوحُ بِهِ جَنَحَ الْعَشِيِّ جَنُوبُ
يُخَطُّ لَهَا مِنْ ثَرْمَدَاءِ قَلِيبُ
بَصِيرُهُ بِأَدْوَاءِ النِّسَاءِ طَيْبُ
فَلَيْسَ لَهُ فِي وَدْهِنٍ نَصِيبُ
وَشَرَّخُ الشَّبَابِ عِنْدَهُنَّ عَجِيبُ
كَهَمِكُ فِيهَا بِالرِّدَافِ خَيْبُ
وَحَارِكُهَا تَهْجُرُ فَدُورُوبُ

١*

مَوْلَعَةٌ تَخْشَى الْفَيْصَ شُبُوبٌ
 رِجَالٌ فَبَدَّتْ نَبْلَهُمْ وَكَلِيبٌ
 لِكَلْسِكَلِهَا وَالْقَصْرِيِّينَ وَحَيْبٌ
 فَقَدْ قَرَّبْتَنِي مِنْ نَدَاكَ قُرُوبٌ
 بِمَشْتَبِهَاتٍ هَوْلَهُنَّ مَهَيْبٌ
 عَلَى طَرَفٍ كَأَنَّهُنَّ سُبُوبٌ
 لَهُ فَوْقَ أَصْوَاءِ الْمِتَانِ عُلُوبٌ
 فَيْضٌ وَأَمَّا جَلْدُهَا فَصَلِيبٌ
 مِنَ الْأَجْنِ حِنَاءٌ مَعًا وَصَيْبٌ
 فَإِنَّ الْمُهْدِيَّ رِحْلَةً فَرُكُوبٌ
 وَقَبْلَكَ رَبَّنِي فَضَعْتُ رُبُوبٌ
 وَغَوْدِرٌ فِي بَعْضِ الْجَنُودِ رَيْبٌ
 لَأَبُو خَزَايَا وَالْإِيَابُ حَيْبٌ
 وَأَنْتَ لَبِيضُ الدَّرْعَيْنِ ضُرُوبٌ
 عَقِيلًا سَيُوفٍ مَخْذَمٌ وَرَسُوبٌ
 وَقَدْ حَانَ مِنْ شَمْسِ النَّهَارِ غُرُوبٌ
 وَهَنْبٌ وَفَاسٌ جَالَدَتْ وَشَيْبٌ
 كَمَا خَشِخَشْتَ بَيْسَ الْحِصَادِ جُنُوبٌ

وَتَصْبِحُ عَنْ غَيْبِ السُّرَى وَكَانَهَا
 تَعْفَى بِالْأَرْضَى لَهَا وَأَرَادَهَا
 إِلَى الْحَارِثِ الْوَهَّابِ أَعْمَلْتُ نَاقَتِي ١٥
 لِتَبْلُغَنِي دَارَ أَمْرِي كَانَ نَابِيًا
 إِلَيْكَ أَيْتُ اللَّعْنِ كَانَتْ وَحَيْفَهَا
 تَتَّبِعُ أَفْيَاءَ الظُّلَالِ عَشِيَّةً
 هَدَانِي إِلَيْكَ الْفَرَقْدَانَ وَلَا حَيْبُ
 بِهَا حَيْفُ الْحَسْرَى فَأَمَّا عِظَامُهَا ٢٠
 فَأَوْرَدْتُهَا مَاءً كَأَنَّ جِمَامَهُ
 تُرَادَى عَلَى دِمَنِ الْحِيَاضِ فَإِنْ تَعَفَى
 وَأَنْتَ أَمْرٌ أَفْضَتْ إِلَيْكَ أَمَا نَتِي
 فَأَدَّتْ بَنُو كَعْبِ بْنِ عَوْفٍ رَيْبَهَا
 فَوَاللَّهِ لَوْ لَا فَارِسُ الْجَوْنِ مِنْهُمْ ٢٥
 تَقْدَمَهُ حَتَّى تَغِيْبَ حَجُولَهُ
 مُظَاهِرُ سِرْبَالِي حَدِيدٍ عَلَيْهِمَا
 فَجَالَدْتَهُمْ حَتَّى اتَّقَوْكَ بِكَبْشِهِمْ
 وَقَاتَلَ مِنْ غَسَّانِ أَهْلِ حِفَاظِهَا
 تَخْشِخْشُ أَبْدَانُ الْحَدِيدِ عَلَيْهِمْ ٣٠



<p>وَأَنْتَ بِهَا يَوْمَ الْقِيَامِ خَصِيبٌ وَمَا جَمَعْتَ جُلًّا مَعًا وَعَتِيبٌ بِشِكْتِهِ لَمْ يَسْتَلْبِ وَسَلِيبٌ صَوَاعِقُهَا لِطَيْرِهِنَّ دَبِيبٌ وَالْأَطْمِرُ كَالْقِنَاءِ نَجِيبٌ ٣٥ بِمَا أَبْتَلَّ مِنْ حَدِّ الظُّبَاتِ خَصِيبٌ مِنَ الْبُوسِ وَالنُّعْمَى لَهُنَّ نَدُوبٌ فَحَقُّ لِسَاسٍ مِنْ نَدَاكَ ذُنُوبٌ مَسَاوٍ وَلَا دَانَ لِنَدَاكَ قَرِيبٌ فَإِنِّي أَمْرٌ وَسَطُ الْقِيَابِ غَرِيبٌ ٤٠</p>	<p>تَجُودُ بِنَفْسٍ لَا يُجَادُ بِمِثْلِهَا كَأَنَّ رِجَالَ الْأَوْسِ تَحْتَ لَبَانِهِ رَغَافُوقَهُمْ سَقَبُ السَّمَاءِ فِدَاحِضٌ كَأَنَّهُمْ صَابَتْ عَلَيْهِمْ سَحَابَةٌ فَلَمْ تَنْجِ إِلَّا شَطْبَةً بِلِجَامِهَا وَالْأَكْمِيُّ دُو حِفَاطٍ كَأَنَّهُ وَأَنْتَ الَّذِي آثَرَهُ فِي عَدُوِّهِ وَفِي كُلِّ حَيٍّ قَدْ خَبَطْتَ بِنِعْمَةٍ وَمَا مِثْلُهُ فِي النَّاسِ إِلَّا قَبِيلُهُ فَلَا تَحْرَمْنِي نَائِلًا عَنْ جَنَابَةٍ</p>
---	--



قال علقمة ايضا

II. هل ما علمت وما استودعت مكنوم
 أم هل كبير بكى لم يقض عبرته
 لم أدر بالبين حتى أزمعوا ظعنا
 رد الإماء جمال الحي فاحتملوا
 عقلا ورقما يظل الطير تتبعه
 يحملن أترجة نضخ العبير بها
 كأن فارة مسك في مفارقها
 فالعين مني كأن غرب تحط به
 قد عريت حبة حتى استطف لها
 I. كأن غسلة خطمي بمشفرها
 قد أدبر العر عنها وهي شاملها
 تسقى مذائب قد زالت عصيفتها
 من ذكر سلمى وما ذكري الأوان لها
 صفر الوساحين ملاء الدرع خرعة
 هل تلحفني بأولى القوم إذ شطوا
 I. أم حبلها إذ نأتك اليوم مصروم
 إثر الأحية يوم البين مشكوم
 كل الجمال قبيل الصبح مزوم
 فكلها بالتزيديات معكوم
 كأنه من دم الأجواف مدموم
 كأن تطيبها في الأنف مشوم
 للباسط المتعاطي وهو مزكوم
 دهما حاركها بالقتب محزوم
 كثير كحافة كبر القين مكموم
 في الخد منها وفي اللحين تلغيم
 من ناصع القطران الصرف تدسيم
 حذورها من أتى الماء مطموم
 إلا السفاه وظن الغيب ترجم
 كأنها رشا في البيت ملزوم
 جلدية كأنان الفصل علكوم

(بِمِثْلِهَا تُقَطَّعُ الْمَوْمَاةُ عَنْ عَرْضِ
 تُلَا حِظِّ السُّوْطِ شَرًّا وَهِيَ ضَامِرَةٌ
 كَأَنَّهَا خَاضِبٌ زَعَرَ قَوَائِمَهُ
 يَظَلُّ فِي الْحَنْظَلِ الْخُطْبَانِ يَنْقُصُهُ
 فَوْهُ كَشَفَ الْعَصَا لَيًّا تَبِينَهُ
 حَتَّى تَذَكَّرَ بِيَضَاتٍ وَهَيْجَهُ
 فَلَا تَزِيدُهُ فِي مَشِيهِ نَفَقٌ
 يَكَادُ مَنْسِمُهُ يَحْتَلُّ مَقْلَتَهُ
 يَأْوِي إِلَى خُرْقٍ زَعَرَ قَوَادِمَهَا
 وَضَاعَةٌ كَعِصِي الشَّرِيعِ جَوْجُوهُ
 حَتَّى تَلَا قَى وَقَرْنُ الشَّمْسِ مَرْتَفِعٌ
 يُوحِي إِلَيْهَا بِانْقَاضِ وَنَقْنَقَةٍ
 صَعْلٌ كَأَنَّ جَنَاحِيهِ وَجَوْجُوهُ
 نَحْفَهُ هِفْلَةٌ سَطْعَاءُ خَاضِعَةٌ
 بَلْ كُلُّ قَوْمٍ وَإِنْ عَزَوْا وَإِنْ كَثُرُوا
 وَالْجُودُ نَافِيَةٌ لِلْمَالِ مُهْلِكَةٌ
 وَالْمَالُ صُوفٌ قَرَارٌ يَلْعَبُونَ بِهِ
 وَالْحَمْدُ لَا يُشْتَرَى إِلَّا لَهُ ثَمَنٌ
 إِذَا تَبَغَّمَ فِي ظَلْمَانِهِ الْبَوْمُ
 كَمَا تَوَجَّسَ طَاوِي الْكَشِخِ مَوْشُومٌ
 أَجْنَى لَهُ بِاللَّوِيِّ شَرِيٌّ وَتَوَمُّ
 وَمَا اسْتَطَفَّ مِنَ التَّنُومِ مَحْدُومٌ
 ٢٠ أَسْكُ مَا يَسْمَعُ الْأَصْوَاتِ مَصْلُومٌ
 يَوْمَ رَذَاذٍ عَلَيْهِ الرِّيحُ مَغِيومٌ
 وَلَا الزَّفِيرُ دَوِينُ الْعَدُوِّ مَسُومٌ
 كَأَنَّهُ حَازِرٌ لِلنَّخْسِ مَشْهُومٌ
 كَأَنَّهُنَّ إِذَا بَرَّكْنَ جَرْتُومٌ
 ٢٥ كَأَنَّهُ بَتْنَاهِي الرُّوْحِ عُلْجُومٌ
 أُدْحَى عَرْسِينَ فِيهِ الْبَيْضُ مَرْكُومٌ
 كَمَا تَرَاظَنُ فِي أَفْدَانِهَا الرُّومُ
 بَيْتٌ أَطَافَتْ بِهِ خَرْقَاءُ مَهْجُومٌ
 نَجِيْبُهُ بِزِمَارٍ فِيهِ تَرْنِيمٌ
 ٢٠ عَرِيفُهُمْ بِأَثَافِي الشَّرِّ مَرْجُومٌ
 وَالْجَلُّ مِيقٌ لِأَهْلِيهِ وَمَذْمُومٌ
 عَلَى نِقَادَتِهِ وَأَفٍ وَمَجْلُومٌ
 مِمَّا تَصْنُ بِهِ النُّفُوسُ مَعْلُومٌ



وَالْجَهْلُ ذُو عَرَضٍ لَا يَسْتَرَادُ لَهُ
 وَمَطْعَمُ الْغَنَمِ يَوْمَ الْغَنَمِ مَطْعَمُهُ ٢٥
 وَمَنْ تَعَرَّضَ لِلْغَرِيبَانِ يَزِجْهُمَا
 وَكُلُّ حِصْنٍ وَإِنْ طَالَتْ إِقَامَتُهُ
 قَدْ أَشْهَدَ الشَّرْبَ فِيهِمْ مِزْهَرِ رِنْمِ
 كَأْسٌ عَزِيزٌ مِنَ الْأَعْنَابِ عَتَقَهُ
 تُشْفِي الصَّدَاعَ وَلَا يُؤْذِيكَ صَالِبُهَا ٤
 عَائِيَةٌ قَرَفَتْ لَمْ تَطْلُعْ سَنَةً
 ظَلَّتْ تَرَفُّقُ فِي النَّاجِدِ يَصْفِيهَا
 كَانَ إِبْرِيْقِيْمُ ظَبِيٌّ عَلَى شَرْفِ
 أَيْضٌ أَبْرَزُهُ لِلضَّيْحِ رَاقِبُهُ
 وَقَدْ غَدَوْتُ عَلَى قَرْنِي يَشِيْعُنِي ٤٥
 وَقَدْ عَلَوْتُ قَتُودَ الرَّحْلِ يَسْفَعُنِي
 حَامٍ كَأَنَّ أَوَارَ النَّارِ شَامِلُهُ
 وَقَدْ أَقُودُ أَمَامَ الْحَيِّ سَلْمِيَّةٌ
 لَا فِي شَظَايَاهَا وَلَا أَرْسَاغِيهَا عَنَّتْ
 سَلَاةٌ كَعَصَى النَّهْدِيِّ غَلَّ لَهَا ٥٠
 تَتَّبِعُ جُونًا إِذَا مَا هُمِجَتْ زَجَلَتْ

وَالْحِلْمُ أَوْنَةٌ فِي النَّاسِ مَعْدُومٌ
 أَنَّى تَوَجَّهَ وَالْمَحْرُومُ مَحْرُومٌ
 عَلَى سَلَامَتِهِ لَا بُدَّ مَشْوُومٌ
 عَلَى دَعَائِيهِ لَا بُدَّ مَهْدُومٌ
 وَالْقَوْمُ تَصْرَعُهُمْ صَهْبَاءُ خَرْطُومٌ
 لِبَعْضِ أَرْسَابِهَا حَائِيَةٌ خُومٌ
 وَلَا يُخَالِطُهَا فِي الرَّأْسِ تَدْوِيمٌ
 يُجْنِهَا مَدْمِجٌ بِالطَّيْنِ مَخْتُومٌ
 وَكَيْدُ أَعْجَمَ بِالْكَتَانِ مَقْدُومٌ
 مَقْدَمٌ بِسَبَابِ الْكَتَانِ مَلْتُومٌ
 مَقْدُوقُضْبُ الرِّيْحَانِ مَفْعُومٌ
 مَاضٍ أَخُو ثَقَّةٍ بِالْخَيْرِ مُوسُومٌ
 يَوْمٌ تَجِيءُ بِهِ الْجُوزَاءُ مُسْمُومٌ
 دُونَ الثِّيَابِ وَرَأْسُ الْمَرْءِ مَعْمُومٌ
 يَهْدِي بِهَا نَسَبٌ فِي الْحَيِّ مَعْلُومٌ
 وَلَا السَّنَابِكُ أَفْئَاهُنْ تَقْلِيمٌ
 ذُو فَيْئَةٍ مِنْ نَوَى قِرَانٍ مَعْجُومٌ
 كَانَ دَفَاً عَلَى عَلِيَاءٍ مَهْزُومٌ



يَهْدِي بِهَا أَكْلُ الْخَدِينِ مُخْتَبِرٌ
 إِذَا تَزَعَمَ مِنْ حَافَاتِهَا رُبْعٌ
 وَقَدْ أَصْحَبَ فِتْيَانًا طَعَامُهُمْ
 وَقَدْ يَسَرَّتْ إِذَا مَا الْجُوعُ كَلَفَهُ
 لَوْ يَسِرُونَ بِأَفْرَاسٍ يَسَرَّتْ بِهَا
 مِنَ الْجَمَالِ كَثِيرُ اللَّحْمِ عَيْشُومٌ
 حَنْتُ شَغَامِيمٌ مِنْ حَافَاتِهَا كَوْمٌ
 خُضِرَ الْمَزَادِ وَلَحْمٌ فِيهِ تَشِيمٌ
 مَعْقَبٌ مِنَ قِدَاحِ النَّبَعِ مَقْرُومٌ
 وَكُلَّمَا يَسَرَ الْأَقْوَامُ مَعْرُومٌ

وقال ايضا

ذَهَبَتْ مِنَ الْهَجْرَانِ فِي كُلِّ مَذْهَبٍ
 لِيَالِي لَا تَبْلَى نَصِيحَةٌ بَيْنَنَا
 مَبْتَلَةٌ كَأَنَّ أَنْضَاءَ حَلِيهَا
 مَحَالٌ كَأَجْوَازِ الْجِرَادِ وَلَوْلَوْ
 إِذَا أَلْحَمَ الْوَأَشُونَ لِلشَّرِّ بَيْنَنَا
 وَمَا أَنْتَ أُمَّ مَا ذِكْرُهَا رَبِيعِيَّةٌ
 أَطَعْتُ الْوَشَاءَ وَالْمَشَاءَ بِصُرْمِهَا
 وَقَدْ وَعَدْتِكِ مَوْعِدًا لَوْ وَفَّتْ بِهِ
 وَقَالَتْ سَتِي يُخَلُّ عَلَيْكَ وَيَعْتَلُّ
 فَقُلْتُ لَهَا فَيْسِي فَمَا تَسْتَفْزِنِي
 وَلَمْ يَكُ حَقًّا كُلُّ هَذَا التَّجَنُّبِ
 لِيَالِي حَلُّوا بِالسِّتَارِ فُغْرَبِ
 عَلَى شَادِنٍ مِنْ صَاحَةِ مُتْرَبِ
 مِنَ الْفَلْعِيِّ وَالْكَيْسِيِّ الْمَلُوبِ
 تَبْلَغُ رَاسِي الْحُبِّ غَيْرِ الْمَكْتَبِ
 تَحَلُّ بِبَابِرٍ أَوْ بِأَكْنَفِ شُرْبِ
 فَقَدْ أَنْهَجَتْ حِبَالَهَا لِلتَّقْصُبِ
 كَمَوْعُودِ عَرْقُوبٍ أَخَاهُ يَشْرِبِ
 تَشَكُّ وَإِنْ يَكْشِفُ غَرَامَكَ تَدْرِبِ
 ذَوَاتُ الْعَيُونِ وَالْبَنَانِ الْمُخْضَبِ

ففَاءت كَمَا فَاءت مِّنَ الْأَدَمِ مُغزِلٌ
 فَعِشْنَا بِهَا مِّنَ الشَّبَابِ مَلَاوَةٌ
 فَإِنَّكَ لَمْ تَقَطَعْ لُبَانَةَ عَاشِقٍ
 بِمِجْفَرَةٍ الْجَنِينِ حَرْفِ شِمْلَةٍ
 ١٥ إِذَا مَا ضَرَبْتَ الدُّفَّ أَوْ صَلْتَ صَوْلَةً
 بَعِينَ كَمِرَاةِ الصَّنَاعِ تُدِيرُهَا
 كَأَنَّ مِحْدِيهَا إِذَا مَا تَشَدَّرَتْ
 تَدْبُ بِهٖ طَوْرًا وَطَوْرًا تَمِرُهُ
 وَقَدْ أَغْتَدَى وَالطَّيْرُ فِي وَكَرَاتِهَا
 ٢٠ بِمَنْجَرِدٍ قَيْدِ الْأَوَابِدِ لَاحَهُ
 بِغَوْجٍ لَبَانُهُ يَتَمُّ بِرَيْمِهِ
 كَمَيْتٍ كَلَوْنَ الْأَرْجَوَانَ نَشْرَتَهُ
 مَمْرٌ كَعَقْدِ الْأَنْدَرِيِّ يَزِينُهُ
 لَهُ حِرَّتَانِ تَعْرِفُ الْعَتَقَ فِيهِمَا
 ٢٥ وَجَوْفُهُ هَوَايَ تَحْتَ مَتْنٍ كَأَنَّهُ
 قِطَاةٌ كَكَرْدُوسِ السَّحَالَةِ أَشْرَفَتْ
 وَغَلَبَتْ كَأَعْنَاقِ الضَّبَاعِ مَضِغْمَا
 وَسَمْرٌ يَفْلِقَنَّ الظَّرَابَ كَأَنَّهَا

بَيْبِشَةً تَرَعَى فِي أَرَاكِ وَحَلَمٍ
 فَأَنْجَحَ آيَاتُ الرَّسُولِ الْمُخَبَّبِ
 بِهَيْثَلِ بُكُورٍ أَوْ رَوَاحِ مُوَوَّبِ
 كَهَمِّكَ مِرْقَالٍ عَلَى الْأَيْنِ ذِعْلَبِ
 تَرَقَّبُ مِنِّي غَيْرَ أَدْنَى تَرَقَّبِ
 بِحَجْرِهَا مَنِ النَّصِيفِ الْمُنْتَبِّ
 عَنَّا كَيْلُ قِنُومٍ مِّنْ سُمِيجَةٍ مُرْطَبِ
 كَذَبِ الْبَشِيرِ بِالرِّدَاءِ الْمَهْدَبِ
 وَمَاءِ النَّدَى يَجْرِي عَلَى كُلِّ مَذْنَبِ
 طِرَادُ السُّهَادِي كُلِّ شَأٍ مُغْرَبِ
 عَلَى نَفْثِ رَاقٍ خَشِيَةَ الْعَيْنِ مُجْلَبِ
 لِبَيْعِ الرِّدَاءِ فِي الصَّوَانِ الْمَكْعَبِ
 مَعَ الْعَتَقِ خَلَقَ مَفْعَمٌ غَيْرُ جَانِبِ
 كَسَامَعَتِي مَدْعُورَةٌ وَسَطُ رَبْرَبِ
 مَنِ الْهَضْبَةِ الْخَلْفَاءِ زُحْلُوفِ مَلْعَبِ
 إِلَى كَاهِلِ مِثْلِ الْغَيْطِ الْمَذَابِ
 سِلَامُ الشُّطَا يَغْشَى بِهَا كُلَّ مَرْقَبِ
 حِجَارَةٌ غَيْلٍ وَارِسَاتٍ بِطَحْلَبِ

إِذَا مَا أَقْتَصْنَا لَمْ نُبْخَاتِلْ بِحِنَةٍ
 أَخَانَتَهُ لَا يَلْعَنُ الْحَىٰ شَخْصَهُ
 إِذَا أَنْفَدُوا زَادًا فَإِنَّ عِنَانَهُ
 رَأَيْنَا شِيَاهًا يَرْتَعِينُ خَمِيلَةً
 فَبَيْنَا تَمَارِينَا وَعَقْدَ عِذَارِهِ
 فَاتَّبَعَ أَدْبَارَ الشِّيَاهِ بِصَادِقِ
 تَرَى الْفَارَ عَنْ مُسْتَرْغَبِ الْفَدْرِ لَانْحَا
 خَفَا الْفَارَ مِنْ أَنْفَاقِهِ فَكَانَمَا
 فَظَلَّ لِشِيرَانِ الصَّرِيمِ غَمَاغِمٌ
 فَهَآؤُ عَلَى حُرِّ الْجَبِينِ وَمَتَقِ
 وَعَادَى عِدَاءً بَيْنَ ثَوْرٍ وَنَعْجَةٍ
 فَفَلْنَا أَلَا قَدْ كَانَ صَيْدٌ لِقَانِصِ
 فَظَلَّ الْأَكْفُ يُخْتَلِفُنْ لِحَانِذِ
 كَانَ عَيُونَ الْوَحْشِ حَوْلَ خِيَانِنَا
 وَرُحْنَا كَانَا مِنْ جَوَائِي عَشِيَّةً
 وَرَاحَ كَشَاةِ الرَّبْلِ يَنْفُضُ رَأْسَهُ
 وَرَاحَ يُبَارِي فِي الْحِنَابِ قُلُوصَنَا

وَلَا كَيْنُ نُنَادِي مِنْ بَعِيدِ الْأَرْكَبِ
 صَبُورًا عَلَى الْعِلَاتِ غَيْرِ مُسَبِّبِ
 وَأَكْرَعُهُ مُسْتَعْمَلًا خَيْرَ مُكْسَبِ
 كَهَشِي الْعِدَارِي فِي الْمَلَاءِ الْمُهْتَبِ
 خَرَجْنَا عَلَيْنَا كَالْجَمَانِ الْمُثَقَبِ
 حَيْثُ كَعَيْتِ الرَّائِحِ الْمُتَحَلِّبِ
 عَلَى جَدِّ الصَّحْرَاءِ مِنْ شَدْمِ مَلْهَبِ
 نُجَلِّلُهُ شُوبُوبٌ غَيْثٌ مُنْقَبِ
 يُدَاعِسُهُنَّ بِالنَّضِيِّ الْمُعَلَّبِ
 بِهِدْرَاتِهِ كَانَهَا ذَلْفٌ مُشْعَبِ
 وَتَيْسٍ شُبُوبٍ كَالْهَشِيمَةِ قَرْهَبِ
 فَنَبُوا عَلَيْنَا فَضْلَ بَرْدٍ مُطْنَبِ
 أَلَى جَوْجُومِثْلِ الْهَدَاكِ الْمُخْضَبِ
 وَأَرْحُنَا الْجَزْعُ الَّذِي لَمْ يَثْقَبِ
 نَعَالِي النَّعَاجِ بَيْنَ عَدْلٍ وَمُحَقَبِ
 أَذَاةً بِهِ مِنْ صَانِكٍ مُتَحَلِّبِ
 عَزِيزًا عَلَيْنَا كَالْحَبَابِ الْمُسَيَّبِ



قال عَلَمَةٌ فِي فَكِّهِ أَخَاهُ شَأْسًا

IV. | دافعتُ عنه بِشِعْرِي إِذْ كانَ فِي الفِداءِ مَجْدًا
 فكانَ فِيهِ ما أَتاكُ وَفِي تِسْعِينَ أُسْرَى مُقَرَّنِينَ صَفْدًا
 دافعَ قَوْمِي فِي الكَتِيبَةِ إِذْ طارَ لِأَطْرافِ الطُّبَّاتِ وَقَدْ
 فَأَصْبَحُوا عِنْدَ أبنِ جَفَنَةَ فِي الأَغْلالِ مِنْهُمُ والحديدِ عُدَدًا
 إِذْ مُخْتَبِ فِي الخُنَيْنِ وَفِي النَّهْكَةِ غَى بِادِي وَرَشَدًا

وقال أيضًا

V. | تراءتُ وَأَسْتارُ منَ البَيْتِ دُونِها
 بِعَيْنِي مَهَا يَجْدُرُ الدَّمْعُ مِنْها
 وَجِدِ غَزالٍ شادِنٍ فَرَدَتْ لَهُ
 إِلَيْنَا وَحانَتْ غَفلةُ المَتَفَقِدِ
 بِرَيْمِينَ شَتَّى منَ دَموعِ وَأَيْمِدِ
 منَ الحَلِيِّ سِمْطَى لَوْلُو وَزَبْرَجِدِ

وقال علقمة أو علي بن علقمة يوم الكلاب الثاني

VI. ١ وَدَّ نَفِيرٌ لِلْمَكَارِزِ أَنَّهُمْ بِنَجْرَانَ فِي شَاءِ الْحِجَارِ الْمَوْقِرِ
 أَسْعِيًّا إِلَى نَحْرَانَ فِي شَهْرِ نَاجِرِ حُفَاةً وَأَعْيَى كُلُّ أَعْيَسٍ مِسْفِرِ
 وَقَرَّتْ لَهُمْ عَيْنِي يَوْمَ خُدَّةِ كَانَتْهُمْ تَذْبِيحُ شَاءٍ مُعْتَرِ
 عَمَدَتُمْ إِلَى شِلْوٍ تُنَوِّدِرَ قَبْلَكُمْ كَثِيرِ عِظَامِ الرَّأْسِ ضَخْمِ الْمَذْمَرِ

وقال علقمة أيضا في يوم الكلاب الثاني

VII. ١ مَن رَجُلٌ أَحْلُوهُ رَحْلِي وَنَاقَتِي يَبْلُغُ عَنِّي الشَّعْرَ إِذْ مَاتَ قَائِلُهُ
 نَذِيرًا وَمَا يُغْنِي النَّذِيرُ بِشَبْوَةٍ لِمَنْ شَاءَهُ حَوْلَ الْبَدْيِ وَجَمَلُهُ
 فَقُلْ لَتَمِيمٍ تَجْعَلِ الرَّمْلَ دُونَهَا وَغَيْرَ تَمِيمٍ فِي الْهَزَاهِزِ جَاهِلُهُ
 فَإِنَّ أَبَا قَابُوسَ بَيْنِي وَبَيْنَهَا بَارِعَنَّ يُنْفِي الطَّيْرَ حُمْرٍ مَنَاقِلُهُ
 إِذَا أَرْتَحَلُوا أَصَمَّ كُلُّ مَوِيَّةٍ وَكُلُّ مَهَيْبٍ نَفَرَهُ وَصَوَاهِلُهُ
 فَلَا أَعْرِفَنَّ سَبِيًّا تَمُدُّ نُدِيَهُ إِلَى مُعْرِضٍ عَن صَهْرِهِ لَا يُوَاصِلُهُ

وقال علقمة ايضا

VIII. | وَأَخِي مُحَافِظَةٌ طَلِيْقٍ وَجْهَهُ
 هَشِيٌّ جَرَرْتُ لَهُ الشَّوَاءَ بِمِسْعَرٍ
 مِنْ بَازِلٍ ضُرِبَتْ بِأَبْيَضَ بَاتِرٍ
 يَدِي أَعَزَّ يُجْرُ فَضْلَ السَّمْزَرِ
 وَرَفَعَتْ رَاحِلَةً كَأَنَّ ضُلُوعَهَا
 مِنْ نَصِّ رَاكِبِهَا سَقَافُ عَرَعَرٍ
 حَرَجًا إِذَا هَاجَ السَّرَابُ عَلَى الصَّوَى
 وَأَسْتَنَّ فِي أَقْفِ السَّمَاءِ الْأَغْبُرِ

وقال علقمة في خلف بن نهشل بن يربوع

IX. | أَمْسَى بَنُو نَهْشَلٍ بِنَانُ دُونَهُمْ
 الْمَطْعِمُونَ ابْنَ جَارِهِمْ إِذَا جَاعَا
 كَأَنَّ زَيْدَ مَنَاةَ بَعْدَهُمْ غَنَمٌ
 صَاحَ الرُّعَاءِ بِهَا أَنْ تَهْبِطِ الْقَاعَا
 أَبْلَغُ بَنِي نَهْشَلٍ عَنِّي مُغْلَغَلَةٌ
 أَنَّ الْحِمَى بَعْدَهُمْ وَالثَّغَرَ قَدْ ضَاعَا

وقال علقمة في غزوه طينا

X. | وَنَحْنُ جَلَبْنَا مِنْ ضَرِيَّةِ خَيْلِنَا نُكَلِّفُهَا حَدَّ الْإِكَامِ قَطَائِبًا
 سِرَاعًا يَزِيلُ الْمَاءَ عَنْ حَجَبَاتِهَا نُكَلِّفُهَا غَوْلًا يَطِينًا وَغَابِطًا
 يُحِثُّ يَيْسُ الْمَاءِ عَنْ حَجَبَاتِهَا وَيَشْكُونَ أَنْزَلَ السَّيِّطِ خَوَابِطًا
 فَأَدْرَكْتُمْ دُونَ الْهَيْمَاءِ مُقْصِرًا وَقَدْ كَانَ شَأْوًا بِالِغِ الْجَهْدِ بَاسِطًا
 أَصَبْنَا الطَّرِيفَ وَالطَّرِيفَ بَنَ مَالِكٍ وَكَانَ شِفَاءً لَوْ أَصَبْنَا الْمَلَاقِطَا
 إِذَا عَرَفُوا مَا قَدَّمُوا لِنَفْسِهِمْ مِنْ الشَّرِّ أَنَّ الشَّرَّ مُرِدٍ أَرَاهِطًا
 فَلَمْ أَرْ يَوْمًا كَانَ أَكْثَرَ يَأْكِيًا وَأَكْثَرَ مَغْبُوطًا يُجَلِّشُ وَغَابِطًا

وقال ايضا

XI. | وَيَلْمُ لَذَاتِ الشَّبَابِ مَعِيشَةً مَعَ الْكَثْرِ يُعْطَاهُ الْفَتَى الْمُتَلِفُ النَّدِ
 وَقَدْ يَعْقِلُ الْفُلُ الْفَتَى دُونَ هَمِّهِ وَقَدْ كَانَ لَوْلَا الْفُلُ طَلَّاعَ أَنْجِدِ
 وَقَدْ أَقْطَعَ الْخُرْقَ الْخُوفَ بِهِ الرَّدَا بَعْسِ كَجَفْنِ الْفَارِسِيِّ الْمُسْرِدِ
 كَانَ ذِرَاعِيهَا عَلَى الْخَلِّ بَعْدَمَا وَتَسَنَ ذِرَاعًا مَاتِعٍ مُتَجَرِّدِ

وَمِمَّا يُرْوَى لِخَالِدِ بْنِ عَلْقَمَةَ

XII. | وَمَوْلَى كَهْمَوْلَى الزَّبْرِقَانِ دَمَلَتْهُ كَمَا دَمَلَتْ سَاقُ تَهَاضُ بِهَا وَقُرُّ
 إِذَا مَا أَحَالَتْ وَالْجَبَّاسُ فَوْقَهَا أُنَى الْحَوْلُ لَا بُرَّةَ جَبِيرٌ وَلَا كَسْرُ
 تَرَاهُ كَأَنَّ اللَّهَ يَجِدَعُ أَنْفَهُ وَعَيْنِيهِ إِنْ مَوْلَاهُ ثَابَ لَهُ وَقُرُّ
 تَرَى الشَّرَّ قَدْ أَفْنَى دَوَائِرَ وَجْهِهِ كَضَبِ الْكُدَى أَفْنَى أَنْامِلَهُ الْجَفْرِ

وَقَالَ عَبْدُ الرَّحْمَنِ بْنُ عَلِيٍّ بْنِ عَلْقَمَةَ

XIII. | وَشَامِتِ بِي لَا تَحْفَى عَدَاوَتُهُ إِذَا حِمَامِي سَاقَتُهُ الْمَقَادِيرُ
 إِذَا تَضَمَّنِي بَيْتَ بَرَايَةِ أَبُو سَرَاعَا وَأَمْسَى وَهُوَ مَهْجُورُ
 فَلَا يَغْرُنْكَ جَرَى الثَّوْبِ مُعْتَجِرًا إِنِّي أَمْرُو فِي عِنْدِ الْجَدِّ تَشْمِيرُ
 كَأَنِّي لَمْ أَقْلُ يَوْمًا إِعَادِيَةَ شَدُّوا وَلَا فَنِيَةَ فِي مَوْكِبِ سِيرُوا
 سَارُوا جَبِيحًا وَقَدْ طَالَ الْوَجِيفُ بِهِمْ حَتَّى بَدَا وَاضِحُ الْأَقْرَابِ مَشْهُورُ
 وَلَمْ أَصْبَحْ جِمَامَ الْمَاءِ طَاوِيَةً بِالْقَوْمِ وَرَدَّهُمْ لِلْخِمْسِ تَبْكَيرُ
 أوردتها وصدور العيس مسنفة والصبح بالكوكب الدرّي محجور
 (تبشروا بعد ما طال الوجيف بهم بالصبح لما بدت منه تبشير)
 بدت سوابق من أولاه تعرفها وكبره في سواد الليل مستور



① De 3485

ULB Halle 3/1
001 159 47X



